UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Syntaxis Historiæ Evangelicæ

Cope, Alan

Lovanii, M.D.LXXII.

86. Christus Discipulis suis tradit formam suam.

urn:nbn:de:hbz:466:1-47925

Visual Library

CAP. 86. *Chriſtus diſcipulis ſuis tradit formulam precandi. Luc. 11.* * 85.

S. Matthæus	S. Marcus.	S. Lucas.	S. Iohannes.
		ET Factum eſt : cùm eſſet in quodam loco orans, vt ceſſauit, dixit vnus ex diſcipulis eius ad eum. Domine , doce nos orare, ſicut docuit & Iohannes diſcipulos ſuos. Et ait illis, Cùm oratis, dicite, Pater, ſanctificetur nomẽ tuũ. Adueniat regnũ tuũ, panẽ noſtrũ quotidianum da nobis hodie , & dimitte nobis peccata noſtra, ſiquidẽ & ipſi dimittimꝰ omni debenti nobis. Et ne nos inducas in tentationem. Et ait ad illos, Quis veſtrûm habebit amicũ, & ibit ad illũ media nocte, & dicet illi, Amice, cõmoda mihi tres panes , quoniá amicus meus venit de via ad me, & non habeo quod ponã ante illũ : & ille deintus reſpõdẽs dicat, Noli mihi moleſtus eſſe, iá oſtium clauſum eſt, & pueri mei mecũ ſunt in cubili: non poſſum ſurgere & dare tibi. Etſi ille perſeuerauerit pulſans: dico vobis, etſi non dabit illi ſurgens eò quòd amicus eius ſit, propter improbitatẽ tamẽ eius ſurget, & dabit illi quotquot habet neceſſarios. Et ego dico vobis, Petite, & dabitur vobis: quęrite, & inuenietis: pulſate, & aperietur vobis. Omnis enim qui petit, accipit: & qui quęrit, inuenit, & pulſanti aperietur. Quis autem ex vobis patrem petit panem, nunquid lapidem dabit illi? Aut piſcem: nunquid pro piſce ſerpentem dabit illi? Aut ſi petierit ouum: nunquid porriget illi ſcorpionem? Si ergo vos cùm ſitis mali, noſtis bona data dare filiis veſtris: quantò magis pater veſter de cælo dabit ſpiritũ bonũ petentibus ſe? * 49.	